

KNY-18-  
00416

DISSERTATIO IN AVGVRALIS

DE

H A E M O P T Y S I,

— · · — · — · —

QVAM

GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS AVCTORITATE

PRO SVMMIS

IN VTRAQVE MEDICINA HONORIBVS  
CAPESENDIS

P R A E S I D E

D. SALOMONE CONSTANTINO  
T I T I O,

ANAT. ET BOTAN. PROF. P. O. ET H. T. ACADEM. RECTORE,

D. IO. FEBRVAR. 1798.

H. L. Q. C.

D E F E N D E T

A V C T O R

CHRISTIANVS GOTTHELF PIENITZ,

RADEBERGA - MISNICVS,  
MEDICINAE CANDIDATVS

VITEMBERGAE,

LITERIS TZSCHIEDRICHIL

KNY-18-00416



V I R O

CLARISSIMO, IVRIVM PERITISSIMO,

AMPLISSIMO, DOCTISSIMO,

ERNESTO LVDOVICO  
LANGBEIN,

SERENISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS SAXONIAE

IN PRAEFECTURA RADEBERGENSI PRAEFECTO

IVRIS LONGE MERITISSIMO,

P A T R O N O   O P T I M O ,

C H O C E

S P E C I M E N   I N A V G V R A L E

E R N E S T O   E A D O A C O  
L A N G E B E I Z

M A X I M A   C V M   O B S E R V A N T I A

S A M O U R A I   F R A N C I S C U S   E L I C T O R U S   C O M M U N I C A T O R U S

O M I T T O   C O M C A T I C

A V C T O R.

---

§. I.

*De locis, qui sanguinis profundiis afficiuntur.*

**I**nter omnes euacuationes, quae corpori animali contra naturam accidunt, periculosissimae semper illae habentur, quae ipsum sanguinem immutatum educunt, et quidem viis a natura tali excretioni non destinatis. Excretiones huius generis licet per consuetas, et a natura designatas vias fiant, corpori tamen noxam inferunt, prout rariores vel largiores, pauciores vel frequentiores eueniunt; eo magis corpori in iis locis nocebunt, quos natura sana sibi numquam pro tali exitu elegit. Viae autem, per quas natura euacuationem sanguinis, et quidem rubri et immutati, efficere molitur, ita constructae sunt, ut cauum forment, in quo sanguis sensim exhalatus, nulla facta eius resorptione, colligitur, et in guttulas tandem collectus paullatim de- stillat. Quod quo commodius peragatur, causa illa sini proposito commodissime adaptata sunt, vt vsus ex solo situ iam appareat, neque strudetur am eorum subtiliorem respicere, necesse sit. Facile ergo et absque periculo, in vtero euacuatio rubicundi sanguinis succedit; ex alto nempe per parietes desiliat, osium vterinum patens permeat, sine notabili reliquarum corporis actionum mutatione, dum effluxui nullibi impedimentum obiicitur. Similis fere ratio est sanguinis, ex naribus progredientis; deorsum quoque ex suo cauo fertur, hoc tamen discrimine, quod guttulae citius delapsae, facile coagulentur, atque in massam grumosam, quae ipsis vasis tandem viam praeccludit, coëant. In vtero vero sanguis limpidus, nulla coagulatione vias obserans prodit, ipsae potius viae sese leniter sensim constringunt, atque sanguinem adhuc repellunt. Vterus enim sanguinem coagulatum haud retinet, quippe qui in corruptionem pronus, cacochymicam humorum infectionem affert. **Maiores,** pluresque mutationes sanguis subit,



subit, qui ex orificio ani eliminatur, ubi ex alto quoque praecipitatur, at maioribus cum molestis prorumpit, et maiora sub ipso effluxu molimina infert, quae non intestinorum solum tractui, sed omni quoque reliquo fere corpori, accident. Hic vero loci sanguinis effluxus difficilior omnino est, quam in illis duobus antea commemoratis casis, cum anastomosis vasorum, ab crassis integumentis communibus circa anum, difficilior reddatur, et per directionem vasorum, corporumque peregrinorum in ano praesentiam, vasa haemorrhoidalia interna premantur. Vterus contra, ac narium cavae, fere semper vacuae, raro a corporibus firmis obstructae sunt, ut hic quoque facilius ostia vasorum constringantur, atque quominus sanguinem suum libere emitant, impedianter. Tubercula liuida a sanguine eruptio- nem quidem moliente, sed non perficiente, surgunt. Praeterea duas adhuc viae, euacuationi sanguinis puri patent, altera per fauces, altera per os, illa sanguinem ex ventriculo per oesophagum, haec ex pulmonibus propellit. Ex viarum vero directione, cum sanguis ex loco profundiore ad superiora tendat, quam difficiles hae euacuationes sint, quantumque a partibus vicinis permultis adiuvari debeant, apparet. Sanguis qui euomitur proprio naturae molimine, per sic dictam tussin cruentam, stomachicam, ac vomitum cruentum, profunditur; qui vero ex pulmonibus scaturit, per tussin sanguineam, pulmonalem, eiicitur. Haec sanguinis per pulmones euacuatio, seu sic dicta *haemoptysis*, dissertationi inaugurali elaborandae, materiam praebet aptissimam, pro virium mearum, qualescumque sint, conditione discendiendam.

### §. 2.

#### *Haemorrhagiarum pro aetatis ratione differentiae.*

Priusquam vero ipsam tractationem aggrediar, quasdam obserua-  
tiones, de variis, diuersae hominum aetati propriis, sanguinis effluxibus  
praemittam. Aetas puerilis plerumque per nares sanguinem purum,  
fluxu saepe largo, emittit; atque eadem quoque via, iuuenilis aetas, a  
sanguinis abundantia, se se liberat, ob sequentes, utriusque aetati commu-  
nes,

nes, cauſſas. Membrana ſcilicet pituitaria, largo muco emollita, oſtiola vaſorum relaxat, ad quae largior humorum copia verſus caput, vel ob memoriam in hac aetate vegetiorem, intensam, vel ob liberiorem ſanguinis in toto corpoſe, a libero motu muſculorum et artuum agitatione, circuitum, vel ob capitis puerorum, qui nudo capite radios ſolis excipiunt, inſolationem fertur. Hinc haemorrhagiae narium non infrequentes ſunt. In iuene plethorico, temperamen- ti ſanguinei, abſoluto corporis incremento, celerior ſanguinis circula- tio eſt, atque ſalutares haemorrhagiae eo frequentiores erunt, quo minus, praou tabaci ſternutatorii vſu, membrana pituitaria, lixiuio quaſi cauſlico deſtructa, omni ſenſu et titillatione, omnique odoratu orba- ta eſt. Oſculis nimirum vaſorum et papillularum neruofarum callo- ſitate et rigiditate affectis, apertura et ſenſibilitas denegata eſt. Qui catarrhis, deſtillationibus et grauedinibus frequenter laborant, illis omnis fere membranae Schneiderianae ſenſibilitas deleta eſt, et epifta- xin fruſtra expectabunt. Pulmonibus autem in aetate iuuenili, per graues animi affectus concuſſis, atque inaequali circulatione, ſanguiniſque mole inſueta, agitatis, ac compressis, respiratio ſaepe vexatur, et haud raro haemoptysis oritur, quae propter intenſiones pulmonum vehementiores, nimirum vociferando, canendo, clare fermocinan- do, cantu instrumentorum vocalium, crebrius repetitur. Quae omnia vitia eo grauiora certe eueniunt, quo maiora in reliquo diae- tae regimine peccata committuntur, quibus vaſorum ſyſtema vniuer- ſum, praeprimis pulmonalium, debilitatur, muci accumulatio augetur, obſtructionibus, indurationibus, ac vaſorum relaxationi anſa pre- betur. Ad copiam ſanguinis per haemoptoē reieciſi ſi respici- mus, ſat magna ſaepe eſt, praefertim in haemoptoē habituali. Etenim pulmones vaſis ſanguiferis gaudent per multis, circa bronchia excur- rentibus, quorum continua irritatio ſanguinem perpetuo allicit. In aetate virili, illis, qui vitam magis ſedentariam agunt, ſiue domi ſel- las perpetuo teneant occupatas, ſiue equis inſideant, facile oriuntur ſtaſes in venae portae ſyſtemate, tum ventrali, tum hepatico. Illis, quidem, qui quietam ſedem amant, facilius, quam qui equis vehun- tur, haec accidunt, atamen ne hi proſuſ immunes ab ſan- guin-

3

guinis stagnationibus circa anum sunt, forsan ex perpetuo hu-  
ijs fotu, atque arteriatum venarumque cruralium compressione.  
Actiones sexus crebrius repetitae, visceribus gastricis omnibus de-  
bilitatem inferre, hisque viam per anum aperire, qua sanguinem  
ipsis molestem, effundere possint, constat. In senio tandem, ra-  
rius aetate virili adhuc vegeta, voinitus cruentus accedit, ab  
indurationibus nimirum et obstructionibus hepatis atque lienis peri-  
nacibus, vel ab iisdem vitiis, vasis gastricis inhaerentibus, et ob rigi-  
ditatem facile disrumpentibus, sanguine inque grumosum ventriculo in-  
fundenib; deriuandus. Itaque natura varia amat loca, quorsum san-  
guinem sibi molestum, deportare possit, ac quo, si virium ministeria  
optime opitulantur, mox in corporis salutem, ex proposito, mox in  
detrimentum eiusdem, ex errore, sanguinem, aliis partibus molestum,  
nec tuto retinendum, vehit.

§. 3.

*Definitio et symptomata haemoptoeis.*

Ab his, quae hucusque in vniuersum de variis haemorrhagiis comme-  
morauimus, nobis viam pandimus ad singularem fanguinis effusionem,  
nimirum ad haemoptoeam, considerandam, quae et theoretice et pra-  
etice tractata, dissertationi nostrae materiam amplam subministrabit.  
Haemoptysis quod ipsum nomen innuit, est sanguinis cum sputo tu-  
siendo commixti, ex pulmonibus per os euacuatio. Enarratio sym-  
ptomatum paullo plenior, morbum luculentiorem reddet. Genarum  
rubor, molestiae aut doloris interdum caloris in pectore sensus, dys-  
pnœa, faecium titillatio, tussis aut tussicula, sanguinem floridum,  
saepe spumosum reieciens.<sup>1)</sup> Haec morbi symptomata breuiter modo  
descripta, paullo accuratius explicanda sunt, quo vberius morbus,  
quoad symptomata antecedentia cognoscatur. Ante ipsam iam san-  
guinis eruptionem aegrotus, molestia torpida extrenitatum adeo op-  
primitur, ut motus etiam assuetos, et per consuetudinem leues, in-  
solito

1) GULLENS Nosologie; erster Theil, Lpz. 1786. p. 215.

❧

solito molestius et difficilior peragat. Has molestias circulatio sanguinis in pulmonibus impedita, haud dubie excitat; satis enim compertum est, quantum pulmones integri ac firmi, motui muscularum voluntario ac inuoluntario afferant leuaminis. Ipsa natura aegrotum monere videtur, vt a motu interno abslineat, atque sanguinem, quantum fieri possit, ab hoc retineat, ne cursu per motum musculariem accelerato, ad pulmones rapiatur. Accedunt pectoris anxietas, respirationis difficultas, dolores pectoris in pectore, dolor obtusus sub sterno, modo premens, modo constringens, thoracisque spatiū coarctans; sapor falso alcalinus, subdolevis, linguam ac fauces irritat; odor qualem caro recens mactata spargit, per fauces ascendit.<sup>2)</sup> Nunc aegrotus titillationem in arteria aspera, tussin vel lenem pyrosis provocantem, sentit. Spiritum dicit stertorosum, sibilantem, ob aëris mixtioneim cum sanguine sonum edentem. Tussi nunc superueniente sanguis eiicitur floridus, et per maiorem aëris copiam admistam, spumosus. Ex stimuli suppressione silet tussis, noua irritatione denuo oritur. Omne vero irritamentum vel noua sanguinis effusi accumulatione, vel ab aëre frigido, aut vaporibus impregnato, ac pulmonibus infesto, oritur. Quodsi natura alio auxilio ad sanguinem irritationem molestum, evacuandum, quam tussi, vti posset, hac, cum denuo per concussioneim sanguinem alliciat, certe non vteretur. Affluxus enim sanguinis sensim cessante, tussis paullatim reddit. Aequo vero haec irritatio a sanguine effuso oriri potest, ac ab aliis caussis, vt a vaporibus, a motu incongruo, ab animi affectibus, quae, tanquam caussae occasioales, vt postea docebitur, durante haemoptoe, sollicite euitandae sunt. Interdum tussis per grauis haemoptysin comitatur, forte a stimulus magis vniuersali, si pulmones variis in locis laesi fuerint, modo quoque lenior tussis pedissequa est. Variat porro sanguinis per os eiecti copia, pro diuerso effusionis et laisionis modo. Copia vero

2) Vid. DE MEZA, *prakt. Bemerkk. über den Blutbussten*, Act. Reg. Societ. medic. Havniensis, Vol. III. p. 302-319. Samml. auserl. Abhandl. Vol. XV. p. 243.



vero sanguinis euacuati, quantacunque sit, paucis tamen, vel durante haemoptoë, vel paullo post, lethalis euadit.

§. 4.

*Diviso haemoptoës.*

**D**ividitur haemoptysis in eam, quae a sola plethora, nulla violentia externa, qua pectus concutitur, atque comprimitur, accidente, oritur, nec per tussin autegressam, nec aliam sanguinis euacuationem solitam suppressam, excitatur. Alia vero illa est, quae a violentia cauo pectoris extus adhibita, producitur. Haec citius, tardius, pro diuerso laesioris gradu, sequitur. Huc quoque illa haemoptysis reuocanda, quae ab intenso muscularum motu, sanguinem pulmonibus appellente, ibique congerente, prouocatur, cui vitiosa thoracis, vel ipsorum pulmonum, structura plerumque fauent. Nouam speciem exhibet haemoptoë phthisica, quae post diurnam ac continuam tussin oritur, et aperta cachexiae et marcoris signa refert. Haemoptysis porro a topis pulmonum vel indurationibus excitatur, qua simul concrementa calculosa parua, siue massa terrestris subtilior, protruditur. Porro haemoptysis vicaria haemorrhagiis alibi suppressis, succedit, ut catameniis retentis, haemorrhoidibus suppressis. Haemoptysis a dispositione catarrhalis, cui laxitas pulmonum et frequens peripneumonia spuria fauet, in membrana arteriae asperae sedem sibi parat, et a tussis continuatione, pulmonumque perpetua fere concussione, longe protrahitur, ac haud raro phthisi pituitosa finitur. Haec sunt omnes fere species haemoptoës idiopathicae, cuius cauſa et effectus in ipsis pulmonibus reperiuntur, quae a cauſis aliunde agentibus, exacerbari omnino posſunt.

Symptomaticis autem, quae quamquam in pectore sedem fixam habent, a cauſis tamen a thorace remotioribus, exigitantur, sequentes annumerantur species, scilicet ea, quae cum exanthematicis cutaneis coniuncta est, atque ab horum efflorescentia vel difficulter erumpente, vel turbata, vel iustis de cauſis retrograda, procreat. Nisi ex visceris, in quo erumpit, nobilitate, aut ex cavitatis, exitum diffici-

= = = = =

difficilem permittentis, fabrica, eiusdem periculum pateret, dubitandum omnino esset, criticis euacuationibus annumeranda sit, nec ne. In aliis locis minus periculosis v. c. in naribus, eiusmodi euacuationes in exanthematicis morbis innoxiae sunt, v.c. ante variolarum eruptionem, in quibus salutarem euentum, caput liberando ac sensorii reactionem leuando, indicant. Longe alius vero naturae haemoptysis, quae morbos putridos, cum sanguinis resolutione slipatos, vt scorbutum, febrem petechalem, comitantur; in hisce nimirum morbis celeiorem corpori interitum parat. Notatu digna quoque habetur haemoptysis cum cachexia corporis et hydrothorace incendens, quae aequem lethalem exitum, ac in prioribus morbis, annunciat. Aliam diuisiōnem, quae MACBRIDIO maxime arridet, commemorat DE MEZA, 3) qua morbus in habitualem, periodicum, accidentalem et traumati-  
cum diuiditur.

Maxime vero curationi accommodata haemoptysis diuisio, qua in actiuam et passiuam dispescitur, quatenus actiones vitales plus minusve vigent. Illa igitur, quae cum maiori vi vitali, adeoque intensiore febre symptomatica, coniuncta est, ab intensiore systematis vasorum actione, in primis autem a venarum pulmonalium oscillatione incre-  
scente, pendet. Itaque natura efficaciter hic opitulatur, dum sanguinem alio colatorio desinatum, per hanc viam educere annititur. Quae vero passiva salutatur haemoptysis, vel nulla, vel minus nota-  
bili, febre slipata est, absque impetu sanguinis ad pulmones, ideoque nec cum tanta anxietate pectoris, circulationis turbatae indice, nec cum respiratione adeo difficultili, copulata est. Huius caussa in ipsa sanguinis mixtione vitiosa, per putridam resolutionem diluta, atque vasis subtilissimis penetrabili, iure quaerenda est. Exempla adsunt in scorbuto et febre putrida. Vasorum laxitas vel ab orgasmo, qui a caussis mechanicas excitatur, vel a vitiis diaetae, in temperatura et tenuitate assumendorum peccantis, producitur. Etenim diametro vasorum seroforum in osculis, propter laxitatem tunicarum, dilatata,

B 2 humo-

3) Act. Reg. Societ. med. Havniensis, Vol. III. p. 302 sq.



humoribus transitus facillime conceditur, qui per integra vasa et tatis firma, numquam penetrare potuissent. Sin autem, quod in phthisi purulenta saepe accidere solet, vas prorsus destruatur, sanguis in eo contentus facillime effundetur.

§. 5.

*Sanguinis per os excreti characteres.*

Ad sanguinis per oris cauitatem excreti differentiam nunc respiciendum, cum, qui ex variis oris diuerticulis prodit sanguis, multum variat. Prouenit enim **ex ventriculo**, **ex gingivis**, **ex pulmonibus**, et quidem vel **ex arteria aspera**, vel **profundius**, **ex ipsis pulmonibus ascendit**. Hinc omnino operae pretium est, scire, ex quoniam loco sanguis fluat, partim ut aegroto solatum afferamus, neque timore vano crueiemus, partim ut aptissima adhibeantur remedia, neque curatione peruersa plus damni inferatur. In sanguinis igitur fonte accurate dijudicando, ad ipsam huius humoris naturam, et ad symptoma, quae cum illo veniunt, spectare oportet. Sanguis floridus ac spumosus, ex pulmonibus eiicitur, propter aëris sub forma vesicula- rum ingredientis, accessum. Tussi quoque reiicitur, quam irritatio in pectore excitat. Molestiae in pectore antea perceptae, morbum certiorem reddunt. Distinguunt pathologi rursus inter sanguinem, qui **ex aspera fistula** tussiendo eliminatur, et inter eum, qui **profundius ex ipsis pulmonibus** ascendit. Illum dicunt apparere floridum ac fluidiorem, hunc autem nigrantem ac spumosorem.

Sanguis quem ginguae fundunt, praeterea, quod semper sub masticatione, vel dentium purgatione, effluit, sine omni tussi et absqueulla irritatione in pectore, expuitur; foetido quoque odore et sapore, quem a gingivis destructis habet, ortus manifesta indicia praese fert.

Multum contra erroris surripit in iudicio de eius sanguinis vera natura ferendo, qui ex cauo oris, ubi antea per choanas delatus fuit, profluit. Cum via **ex choanis** ad **laryngem**, et **oesophagum**, impri- mis

mis sub decubitu, facillime pateat, atque reiectione aequa difficultis sit, ac si ex ipsis pulmonibus in altum elatus fuisset, cum difficulter sine tussi ex ore eliminatur; ne iudicium festinanter feramus, sed repetita consideratione retineamus, cauendum est. Hicce sanguis magis fuscus, quam floridus, magis coactus, quam dilutus erit, cum facile deorsum choanas coagulatur. Epistaxis antegressa rem clariorem reddet. De vera autem huius sanguinis natura medicum, adhuc dubitantem, ipsa cavitatis oris propriis oculis perlustratio, certiorem reddet, si simul symptomatum antegressorum iusta habita fuerit aestimatio. Sic carebaria antea perpesta, dolores prementes in orbita, bulbumque quasi coarctantes, pruritus cum siccitate narium, insuetus calor in naribus, diagnosin illustrant.

Haemoptysin porro non confundamus cum vomitu cruento nec cum melaena. Haemoptysis primo frequentior est vomitu cruento, quia laesiones vasis pulmonum faciliter accidere possunt, quam valis gastricus. Pulmones enim faciliori ac frequentiori actionum suarum mutationi obnoxii sunt, quam ventriculus, et cauassarum occasionarium longe largior in pulmonibus, ab omnibus fere animi pathematibus agitatis, quam in ventriculo, confluxus. Inprimis attendendum est ad symptomata, quae utrum sanguis ex rupta vena gastrica, an ex vena pulmonali disrupta veniat, manifestant. Vomitui cruento, ex ventriculo ad os sanguinem ferenti, antecedunt nausea, cardialgia, ardor ventriculi; ipse sanguis ex mora in ventriculo coactus, cum foetore, frustatim exit.<sup>4)</sup> Haemoptysin in matuoriore aetate, et iuuenili, vomitum cruentum contra in sera aetate virili, vel frequentius in summo senio, oriri iam antea monuimus. Vomitui cruento maior quoque sanguinis copia eiicitur, quam haemoptysi. Quod denique ad sanguinis, per vomitum cruentum ex ventriculo expulsi, qualitatem, pertinet, notas refert, naturae sanguinis pulmonalis ubique contrarias. Nigro colore, et consistentia crassiore, sanguis per vomitum eiectus discedit

B 3

dit

4) Vid. CLIFTON WINTRINGHAM, de morbis quibusdam Commentarii, Lond. 1782. p. 105sq.



dit a pulmonali. E sede porro longe alia prodit, nimirum ex venis gastricis, in primis brevibus, a liene, tanquam viscere ad obstructiones in primis prono, ad stomachum tendentibus. Superuenit quoque evacuationi per os, alia, per inferiorem tubi intestinalis aperturam, qua materia picea, atrabilaria, grumosa, mora longiore foetida, cum magna virium depressione et lypothymia, exit. Ipse dolor est localis, in hypochondriis sedet, haecque tumida reddit et anxia.

### §. 6.

#### *Cauſſae haemoptoēs.*

Externae seu occasioнаles cauſſae, non in ipso corpore, sed partim in rebus externis in corpus illatis, vel vi extus in corpus agentibus, in quavis vehementia, cernuntur, qua pectus concutitur,<sup>5)</sup> et viscera ibi contenta valde turbantur. Huc referenda sunt, lapsus ex alto, compresſio sensim facta, ictus vehementes, siue ab hominum pugnis inflicti.

Hinc opificum quidam, praeter caeteros, huic morbo obnoxii sunt, ii nimirum, quorum labores in situ corporis antrosum flexo, liberam pulmonum actionem impidente, peragendi sunt. Catalogum horum miserorum RAMAZZINI in cognito satis libro<sup>6)</sup> de morbis artificum, composuit, et hoc bibliopegos, cursores, tibicines, textores tibialium, et pannorum etc. refert. Sanguis currendo per magno impetu, in primis versus pulmones, rapitur, vasculorum ostiola dilatantur, vasa nimis turgida adeo rumpunt, et humores, protracto cursu, attrituque continuo, acriores reddit, vasa arrodunt. Tibicines porro, magno cum impetu spiritum tibiis seu tubis, inflant, subito inspirant, tarde exspirant, quo actu sanguis celeriter et raptim pul-

5) PET. FORESTI Observ. et curationum medicinalium, (Lib. XVI. obs. 15.) Lib. XXVIII. Frcof. 1602. PHIL. GRÜLING, Observ. et curation. medicar. Cent. VII. Lipf. 1668. cent. VII. obs. 48. VITI RIEDLINI Obs. medic. Cent. III. Aug. Vind. 1691. cent. III. obs. 41. Eiusdem lineae medicae, 1691, p. 250. STOLL, Rat. medend. P. III. p. 15 sq.

6) RAMAZZINI Abhandlung von den Krankheiten der Künstler u. Handwerker, edit̄ von ACKERMANN; Stendal 1780. Tb. 1. S. 120. 189. 193. 294.

pulmonibus inductus, ad lentum egressum cogitur. Quam facile hoc modo aneurysmata pulmonum oriri possint, per se patet. De tibialium textoribus sequentia commemorat RAMAZZINI. Continuo motu thoracem concutunt, qua violentia pulmones simul afficiuntur, ibique obstructions vasorum sanguiferorum, inflammations atque indurations producuntur. Hac porro concussione, sanguis in vasa minora cogitur, ex his per vasa, protracto impetu nimioque impulsu sanguinis, nimis debilitata, atque disrupta, per os eiicitur. Haemoptysis hisce artificibus frequentissimus morbus est, neque radicatus curatur, nisi consueta opificia, atque vitae genus plane relinquant. Praeter has violentias, pectori inductas, nimius solis vel ignis aestus, pulmones irritare, et ad haemoptoēn disponere potest. RAMAZZINI quoque huius rei exempla attulit. Aēr calidus per ignem rarefactus, ac feruidus, pulmones diducit, debilitat, seminia morborum grauissimorum, in primis tussis, asthmatis, dyspnoeae, haemoptoēs infert. Efficacior solis influxus, morbum nostrum tempore vernali ac aestiuo gignit. Ex caussis, nunc recensitis, epidemica quoque constitutio haemoptoēs euoluit, <sup>7)</sup> si nimirum aēris immutatio insolito celerior ac vehementior acciderit. Aēr montans rarer ac subtilior quam atmosphaera in terra plana et in vallis, morbi huius caussis frequentibus iure adscribitur. Praeter hasce caussas externas, ad morbi genesis aliae requiruntur, e quibus internae, praedisponentes cum proxima, prodeunt, quae cum in elementaribus corporis particulis sedem non agnoscant, sub nomine gestorum occurunt, et ex motu corporis voluntario, atque involuntario, viribus machinae propriis, fluunt. Merito modales dicuntur, i. e. quae extra corpus existere nequeunt, sed in exercitio actionum intermisso, intenso vel imminuto, constat, quatenus vero solidas vel fluidas partes, morbo recipiendo sensim aptas reddunt, eatenus caussae nominari possunt. Contra sic dictae materiales caussae, essentialibus corporis partibus inhaerent, modales conditionem potius, sub qua corpus necessario existere nullo modo potest, supponunt.

Inter-

7) *Breslauer Sammlungen*, 1724. II. pg. 143. THOM. PERCIVAL, Essays, Vol. I. pg. 263.



Internae caussae haemoptoës, quae in constitutionis partibus corporis sedem agnoscunt, vel praedisponentes seu praeparantes, vel proximae sunt. Solidae partes laxitate, et rigiditate laborant, vel destruetæ sunt, fluidæ extensione et arrosione vas perforant, et caussam proximam, immediate morbum antecedentem, efficiunt. Praedisponens caussa est aucta vasorum oscillatio, inaequalis actio et reactio inter vasa laesa, reliquumque systema vasorum sanguiferorum vniuersum, qua plus sanguinis aduehitur, quam vasa recipere possunt, et quem sine noxa reddere nequeunt. Huius vero inaequalis actionis inter arterias et venas caussa, siue in arteriis solis, iusto plus adduentibus, siue in venis minus, quam par est, absorbentibus, ac reuelentibus, quaerenda est. Disponunt nempe ad habitualem haemoptoën corpus gracile, pectus male formatum, inprimis planum, constitutionis corporis ferrophulosa, scapulae multum eleuatae et prominentes, sanguis tenuis, scorbuticus, facies florida, haereditaria corporis inclinatio.

### §. 7.

#### *Prognosis in haemoptysie.*

Effectus haemoptoës interdum minus periculosi sunt, quam vulgo credunt, cum exempla prostant haemoptoicorum, ultra senectutis principia euectorum, si modo diaetam accuratam obseruarent. In prognosi concipienda, ad constitutionem corporis omnino respicere licet. Si haemoptysis aetate iam prouectiore oritur, qua corpus robustum, partes solidae sat firmae, pulmones minus laxi, compage durior, quam in iuuentute, et ad inflammationem concipiendam, ad pus praeparandum, resorbendumque segniores sunt, exitum longe salubriorem expectare licet. Sic senes phthisis pulmonalem purulentam longius ferunt, quam iuvenes; illorum pulmones fortiores, suppurationi circum circa partes depascenti, diutius feliciter resistunt, et ipsam adeo haemoptoën per plura tempora ferre possunt. Cachectica vero dispositio vniuersalis, quam ex habitu corporis cutaneo decolorato, vel efflorescentiis variis obsesto, diiudicamus, celeriorem morbi progressum nunciat. Itaque, qui in exanthemata cutis et chronica

et

et acuta inclinant, quibus vel leuissimae cutis laesiones statim suppurationes excitant, et pus tenui, aquosum emitunt, iis non temere celerior consumtio pulmonum phthisica praefagienda est. Diaeta conveniens et hic multum proderit, in primis canalis intestinalis ab impuritatibus purgandus est, ne inde pectori molestiae creentur. Minus periculofus est morbus, si cum nulla prorsus, vel tantum lenissima febre coniunctus est, ne sanguinis circulatio nimis impetuosa pulmonibus tenerioribus mala creet. Quodsi per consuetudinem habitualis quasi sanguinis euacuatio fuerit, naturam, hac sanguinis abundantiam pulmonibus molesta, fese liberandi consilio, excretionem moliri, credamus, atque morbum omni cautione tractemus. Omnem haemoptoë ex pulmonibus grauiter vulneratis oriri, saepe ad credendum inducimur, adeoque ut nullam omnino administeremus sanationem, in errorem possemus deduci, cui vero opinioni experientia repugnat, exempla felicis curationis, sub his conditionibus, nobis exhibens. Cum vero haemoptoë, ex vulneribus grauioribus pulmonum orta, non omnem sanationem excludat, haud temere facilioriem in ea, quae e anastomosi pathologica orta fuit, expectabis. Si morbus ex aucta modo vasorum irritabilitate ortum dicit, diaeta accurrior, quies corporis, et situs apertissimus, phthisin imminentem auertent. Contra vero non raro haemoptoë dispositionem ad phthisin, pro caussa agnoscit. Cum igitur satis appareat, cruentam euacuationem ex pulmonibus, quae ex anastomosi vasorum pathologica oritur, minus periculosam esse, ac ea, quae ex vasorum ruptura pendet; ad caussas, vnde maius periculum coniunctum sit, exitusque variat, respiciendum est. Aequalitas inter sanguinis excretionem et resorptionem, et locus, ubi excretio fit, probe consideranda sunt. Etenim sanguis in superficie effusus facilius resoluitur, quam qui in profundiore pulmonum substantia e vasis prodiit. Ad solam tamen sanguinis euacuationem non est attendendum, siquidem euentus ex hac sola, nullo modo, praedici potest, sed ad resorptionem quoque multum hic reddit. Iure igitur meritoque omnium caussarum, quae ad morbum conferre possunt, ratio habenda est. Caussae externae violentiae, licet sat graues, si sole morbum effecerunt; saepe minus timenda, dum saepius felicio-



rem habent euentum, quam si morbus ab caussis internis solis, ab dispositione corporis, productus fuerit. Interim ut recte malum tractetur, suademus curam morbi, a caussis externis procreati, ita dirigere, ne in habitualē dispositionē, phthisin inferentem vertatur. Morbus igitur qui celerius, aut tardius, sine relusto asthmate, tussi, oedemate faciei ac pedum cedit, felicem exitum tuto nunciat. Haemoptoē vicaria, post haemorrhagiam alibi reuocatam, cessans, non periculosa est. Redit quoque per interualla, quod experientia confirmat. Sanguinem effusum, si retineatur, temereque cogatur, facile in corruptionem transire, ipsos pulmones destruere, vix credimus, cum maxima eius pars, fluida nempe, insugatur, altera vero coacta, et ad resorptionem inepta, tussi concutiente euacuetur. Qui vero credunt, magnam in pulmonibus vulnerationem, suppuratione modo sanari posse, ea de caussa errant, cum obseruatū sit, haemoptoē in suppurationem transgressā, fere semper insanabilem esse. Hoc in casu, vbi haemoptoē in suppurationem abit, ab inflammatione occulta iam antea diu latente, deducenda est. Verisimilius contra maiorem sanguinis copiam, e pulmonibus reiectam, ex osculis multorum vasorum minorum profluere, atque ad sequentem euacuationem usque, ibidem accumulari.

### §. 8.

#### *C u r a t i o .*

Indicationes, quae medicum in iudendo dirigant, sequentes fere sunt. Ante omnia sufficiens sanguinis euacuatio, ceteris symptomatis omnibus, quantum fieri potest, accommodata, instituatur; deinde effectibus morbi caute occurendum est, ne grauiora subsequantur mala; omnis denique dispositio, quae perfectam medelam impedit, delectatur, necesse est. Itaque primae indicationi, quae in sanguinis efflu xu suppressendo cernitur, habita simul reliquorum symptomatum iusta ratione, satisfaciendum, eoque in primis respiciendum, ne fluxus sanguineus diutius protractus, tristem habeat euentum. Qui enim de hoc sanguinis fluxu confestim retinendo modo cogitant, idque per sola medicamenta adstringentia, siue sic dicta flyptica, efficere con-

nan-

nantur, et sanguini, exitum hac ratione molienti, omnes reliquas vias praeccludunt, certe apoplexiae, inflammationi, asthamati, suffocationi, an-  
sam praebebunt.<sup>8)</sup> E numero adstringentium in primis acida inine-  
ralia, saccharum saturni, quod interne adhibere audent, alum, terra iaponica, gummi kino, sanguis Draconis, hic recensenda sunt. Ne-  
que tamen omnem utilitatem hisce medicamentis denegamus, cautum  
modo eorum usum commendamus. Haemoptysis igitur quae ex so-  
la plethora, ut in grauiditate, ab haemorrhoidibus suppressis, aegro-  
to caeterum quieto, extremitatibus non multum frigentibus, accidit,  
non malum semper praenunciat euentum. Animi tranquillitas, ut in  
vniuersum in omnes morbos agit, ita dici vix potest, quantum hic  
leuaminis adferat.<sup>9)</sup> Moerorem caussam morbi pergrauem esse con-  
firmat QVARINVS.<sup>10)</sup> Quodsi inquietudo aegroti permagna, febris  
fortior fuerit, calor faciei austus, sitis vehementior, medicamenta huic  
indicationi aptissima adhibenda sunt. Haemoptysis actiua plerumque cum  
peripneumonia coniuncta est, saltem cum maiori vasorum pulmonalium  
irritabilitate, quam passiua; hinc ut morbus inflammatorius tractari debet.  
Grauior ergo inflammatio ex temeraria eiusdem suppressione metuen-  
da est. Cum haec haemoptysis plerumque cum febre incipiat, pul-  
sus durus, crusta inflammatoria in sanguine e vena misso, diathesin  
phlogistica indicat. Ipsa ergo haec per pulmones euacuatio, pro cri-  
tica haberi posset, qua natura eadem, qua coepit via, sanguinem sibi  
molestem, commode euacuare vellet. Ne vero nos in errorem sedu-  
ci patiamur, atque tutius sanguinem a pulmonibus ad alias reuocemus  
vias. Secundum haec praecepta omnia, quae aegrotum circumdant,  
morbi impetum augebunt, atque diaeta eius sedulo ordinanda est.  
Tranquillus ergo sit, nec corporis agitationibus, nec animi inquietu-  
dine

## C 2

8) Vid. BALLONNI opera, Genev. 1762. Vol. I. p. 28. SCHENKII observ.  
med. Lib. II. Observ. 88.

9) Noxam timiditatis in haemoptoe legimus in Act. Nat. Curiosor. Vol. IX.  
App. p. 33.

10) In animaduersionibus practicis in diuersos morbos, Viennae 1786.  
p. 54. SCHENK, l.c. Observ. 77.



dine sanguinis circuitum acceleret. Quae in reliquae sanitatis praefiduum merito suadenda sunt corporis exercitationes, tutius post morbum feliciter superatum, in aëre libero, institui debent. Omnes reliqui stimuli ut remoueantur, sedulo laborandum est. Absit igitur omnis potus spirituosus et calidus, omnisque corporis exaestuatio ab aëre nimis calido. Refrigerium quidem prodest, ne vero subito admittatur, quod, ut vehementior aëris perflatus, omnino nocet. Aluus per clysinata aperta teneatur. Haec enim, aluum leniter aperiendo, flatus educunt, sanguinem a pectore ad abdomen reuocant, eiusque circulationem leuant. Quominus congestiones in pectore eueniant, commodo corporis situ, pectore nimirum et capite in altum sublati, cauendum est. Corporis enim situ horizontali tussis frequenter excitatur. Haec ergo communia essent praecepta, hominibus haemoptoicis sancte seruanda, nunc singula quoque, in quavis haemoptysi necessaria, tractanda nobis sumamus.

Cum igitur, quod ex ipsa rei natura fluit, permagna inter sanguinis ex pulmonibus fluxum differentia sit, cunque haec rursus a caussarum et symptomatum primariorum, inprimis febris diuersitate, pendeat, cuique speciei haemoptoës sua erit curatio. De quilibet haemoptysi ergo nunc seorsim agamus.

*Haemoptysis inflammatoria*, quae semper cum pulsu pleno ac duro, horrore ac calore intercurrente, febre magna, sanguinis ad caput et pulmones affluxu, slipata est, vnde faciei rubor, anhelatio, pendet, quae plethoricos, sanguinei vel cholericici temperamenti, opprimit, post alias haemorrhagias suppressas facile oritur, et his restitutis facile cedit, artis auxilium omnino requirit, ne natura impetu fortiori sibi noceat. Itaque ante omnia sanguinis copia imminuenda est per venae sectionem,<sup>11)</sup> in pedibus potius quam in brachio instituendam.<sup>12)</sup> Quodsi haemorrhoides suppressae haemoptysin excitarint,

hiru-

11) LF FEVRE, opera Verunt, 1737. p. 103.

12) Vid. JENISCHIVS, in laurea appollinari Montepessul. 1605. in quo libro quaeritur: an in sputo sanguinis, ex suppressione mensium, venae sectio prius in superna vel inferna vena tentanda sit?

hirudines ano sunt applicandae,<sup>13)</sup> vel si menstrua retenta mōrbum fecerint. Periodicam haemoptysin, a mensium suppressione, venae sola sectio curauit.<sup>14)</sup> Vna tamen venaesectio raro sufficit, repentina ergo, si pulsus denuo durus et plenus fuerit, ac congestiones iterum pectus ac caput tentant. Post venaesectionem orgasmus temperantibus ac refrigerantibus coercendus est, vt nitro,<sup>15)</sup> sale citri, sale essentiali tartari. Quae medicamenta egregia quidem, non ubique tamen, propter idiosyncrasiam, ob stimulum, quem pulmonibus inferrunt, et tussin, conueniunt. Nitri solutio saturata in spiritu yni,<sup>16)</sup> a quibusdam medicamentum temerarium appellatur. Clysmata commendat BVRSIERI, qui de morbo nostro egregie<sup>17)</sup> scripsit, et omissi legi meretur; ceterum aegrotus in aēre temperato versetur, cuius temperatura secundum aēris atmosphaericī calorem, determinanda est. Sin autem haec medicamenta omnia, in sanguinis effluxu sistendo, nil valeant, tunc alia ab auctoribus laudata, in vsum vocari debent. Fasciarum circa femora, supra genua, circa brachia, supra flexuras cubitales, applicatio, vbi haemoptysi ceterum adhuc perdurante, propter vasorum vacuitatem, venaesectio intermittenda est, commendatur.<sup>18)</sup> Fasalias applicat extremitatibus inferioribus BVRSERIVS, quibus sanguinem per venas reducem, a pectore arcere studet. Alumen, cuius ineptum vsum antea reieciimus, nunc auxilium praestabit.

C 3

bit.

13) Vid. SCHMIDTER, *vermischte Schriften*, Frankenthal 1784. I. Bd. p. 118.

14) Vid. THOMPSON, *med. Rathschläge in Samml. auserl. Abhandl. B. III. Sr. I.* pag. 35.

15) Bresl. Samml. 1725. I. p. 293. DIKSON, *in medic. Bemerkk. u. Untersuchungen*, IV. n. 16.

16) HARTMANN, Nov. Act. Soc. Vpfal. I. p. 109. *Auserl. Abhandl. für prakt. Aerzte*, II. Bd. IV. Sr. p. 56. Vid. DE MEZA, sen. prakt. Bemerkk. über den Bluthusten, Act. Reg. Soc. medic. Hafniens. Vol. III. p. 302-319. Samml. auserl. Abhandl. Bd. XV. p. 257.

17) Instit. med. pract. Vol. IV. pars prior, Mediolan. 1789.

18) Vid. de morbis quibusd. Comment. Auctore C. WINTRINGHAM, London 1782.



bit.<sup>19)</sup> Qui crudum ferre nequeunt serum lactis, aluminosum sumant. Ne vero hoc medicamentum nimis adstringens, pulmonibus raucedinem inferat, oleosa et mucilaginosa, vel in decoctis, vel emulsionibus, simul ingeri debent.<sup>20)</sup> Opium insuper tempore vespertino, ad constrictiones aluminis interdiu factas, noctu, vbi corpus quietius se habet, leniter soluendas, adhibetur. Attamen non ab omnibus opium contra paroxysmum ipsum, praescribitur, prophylactice potius, corporibus gracilioribus, alii suadent.<sup>21)</sup> Sal culinaris, cuius nosmet ipsi experti sumus utilitatem, in corporibus spongiosis, locum inter sphyptica haud ultimum obtinet.<sup>22)</sup> Datur ʒj. in aquae fontanae 15. cochleatum. Vtrum haemoptysin specifica constrictione sistat, an spastica irritatione in nervos vasorum facta, quaestio est;<sup>23)</sup> vtraque certe virtute gaudet. DE MEZA omnem virtutem sphypticam aquae potius, per salem refrigeratae, quam ipsi sali, tribuere non dubitat. Ne vero malum redeat, per quatuor dies ita continuandum est. Quod alumen efficere non potest, difficilius spiritus vitrioli, vel tinctura pauperis, medicamenta alias quam maxime utilia, haud praestabunt. Vehementiori haemoptysi quae hanc methodum eludit, fortiora opponantur. Itaque fatus ex frigidissima aqua thoraci, magno cum fructu, impositos fuisse, legimus.<sup>24)</sup> Ad sanguinem magis versus pedes reducen-

cen-

<sup>19)</sup> Vid. IAC. LAZERME, curation. morborum, Monspel. 1750. LINDT, Diff. de aluminis virtute medica, Goetting. 1784.

<sup>20)</sup> Praefertur igitur alumen G. arabico, alum. dracon. vid. Verschiedene Bemerkk. über verschied. Arzneymittel u. deren Gebrauch in Westindien, von JAMES ADAIR, Samml. auserl. Abhandl. XI. Bd. p. 278.

<sup>21)</sup> Vid. DE MEZA, vom Nutzen des Mohnsaftes als ein Verhütungsmittel in der Lungenschwindsucht, l. c. Tom. II. p. 309. Samml. prakt. Abhandlungen, III. pag. 325.

<sup>22)</sup> Vid. BENJ. RUSH, medical. inquiries ad observations, Philad. 1789.

<sup>23)</sup> Vid. DE MEZA, l. c.

<sup>24)</sup> M. I. MARX, Abhandl. von d. Lungenschwindsucht, Hannov. 1774. RENARD, in Journal de Medic. Chirurg. et Pharmacie, Paris 1789. Tom. XXXV. pag. 539.

cendum, MARX pediluua calida, pectori fatus frigidos applicandoſ, ſualit. Clyſimata frigida quoque adhiberi volunt.<sup>25)</sup> Nix et glacieſ, vbi ad manus ſunt, magis refrigerant. Haec de haemoptysi inflammatoria et methodo antiphlogiſta, quae non ſemper, ſed in morbi principio, dum diathēſis phlogiſtica durat, ſequenda eſt. Ex morbo enim longius protracto, cor ac vasa debilitatem contrahunt, quae methodum antiphlogiſticam minus perfert. Quamquam in loco vulnerato maior ſentitur irritabilitas, tamen in reliquo corpore imbecillitas magna. Hic igitur ut vi vitali, ac aequali ſystematis vaſorum actioni, ſucurratur, ſana vult ratio; hoc in caſu multum adiutus eſt a veſicato-riis inter ſcapulas, a vino et opio PERCIVAL.<sup>26)</sup>

*Haemoptysis scorbutica* nouam ſpeciem exhibet cum ſymptomatica, quae in febribus putridis occurrit, admodum conuenientem, partim vero ex iſpius ſanguiniſ electi, reſoluti, foetiſi, natura,<sup>27)</sup> partim ex reliquo habitu corporis, cordis ac vaſorum proſtratione, cognofcitur. Pulfus enim valde debiliſ, celer, diuersis in locis irregula-riſ, ſensorii stupor vel ſumma debilitas, in ſanguine ad coagulum non prono, maculae nigrae apparent. Haec haemoptylis ſequentes requiriſ indicationes, ut ſanguis reſolutus cogatur, ut vires cordis et vaſorum reſtaurentur, ut, maſſa in putredinem inclinanſ, e corpore efficiatur. Inter medicamenta, quae cruorem cogunt, ac cum lympha coniunctuim retinent, cordi et vaſis ſtimulum addunt, omnino praeflant acidum vitrioli dilutum, iulapii forma, viuin, acida minera-lia dulcificata, fatus frigiſi circa pectus ex aceto vini, ex corticis chiae decocto ſaturato, largior corticis peruuiani viſus, camphora, baſnea frigiſiſcula, clyſimata antiſeptica.

Hae-

25) Vid. POMME, *Effai ſur les affections vaporeufes de deux ſexes*, Pr. 1760.

26) THOM. PERCIVAL, *med. Bemerk̄. über die Lungenſucht. Samml. auserl. Abbandl. B. XIII. p. 653.*

27) Vid. ANT. GALLI, *fascis de pefte, peripneumonia pestifentali, cum ſpato ſanguiniſ*, Brix. 1565. Fol. STOLL, *Rat. medend. P. III. p. 15.*  
Samml. med. *Wahrnehmungen*, Vol. VII. p. 13.



*Haemoptysis biliosa*,<sup>28)</sup> cum, vel sine febris biliosae signis incedit, quatenus nimirum bilis plus minusue turgescit. Hic omni cum studio bilis saepe latens, indagenda est, cuius signa minus aperta, in sensus haud incurunt, in primis si ipsa muco gastrico initio iners redita fuit. Aestiuam biliosam haemoptysin, haud raro epidemicam, emetica optime tollere posse, compertum est. Hoc igitur in casu vomitoriorum utilitatem nemo negabit, quae dum bilem eiiciunt, caussam morbi simul tollunt.<sup>29)</sup> Cum vero haec ipsa haemoptysis haud raro inflammatoriae indolis sit, venae sectionem etiam requirit, viribus aegroti, et vitiis pulmonum quondam perpestis, accurate accommodandam. Vomitoriorum mentio iterum facienda, ubi de haemoptysi phthisica agetur.

*Haemoptysis verminosa* ex omnibus morbi nostri speciebus, quam maxime cum aliis caussis complicata, methodo anthelmintica, cum contra mucum gastricum atque intestinalem, vermis amicum, tum contra ipsos vermes dirigenda, tractetur.<sup>30)</sup>

*Haemoptysis phthisica*, frequentissima, ab ulceribus pulmonum oritur, quae vel materia sua acri tussim sanguinemque prouocant, vel vasorum arrodunt ac destruunt. Mirum omnino quod haec haemoptysis periodice recurrit, cum tamen destructio pulmonum continuo procedat, et vasorum sanguiferae ubique in pulmonibus distributa reperiantur. Sequentem in modum hoc phænomenon explicauit REIDIVS.<sup>31)</sup> Haemoptysis phthisica ea de caussa cessat, quia vasorum sanguifera supra vomicas extensa, valde constringuntur, quin interdum materia fibrosa, forte pure resorpto et congesto, replentur. Ossa vero illorum vasorum, quae in causa vomicarum ac ulcerum aperte hiant, perfecte clauduntur, ac crusta ex pure inspissato, obstruuntur. Hanc haemoptysin, ut morbum deuteropathicum consideramus, qui ex morbo protopathicō, feliciter tractato, notabiliter mutatur. Ad tria hie respon-

28) STOLL, ratio medendi, P. II. p. 115. VII. p. 164.

29) Eiusd. l. c. P. II. p. 31. etc. P. III. p. 17. 18. etc.

30) VID. IRITTELES, Observata quaedam medica, Pragae 1783.

31) THOM. REID, An Essay on the nature and cure of the phthisis pulmonalis, Lond. 1782. Sammlung prakt. Abhandl. Vol. 10. p. 543.

spicimus momenta, ad orgasmum sanguinis, febrisque vehementiam; ad liberum sanguinis e vasis in pulmonum substantiam effusi, effluxum; ad complicationem gastricam. Si cruditates gastricae morbum exacerbant, liberam pulmonum actionem impediunt; si pulmones, muco et pure pleni, et compressi, ad talem sanguinis excretionem coguntur, tunc vomitorii est locus.<sup>32)</sup> Quodsi nec cruditates in primis viis, nec puris magna copia in pulmonibus adest, tunc haemoptysin a vasis arrosis pendere, atque lenia balsamica, propter pus, lenia adstringentia vero, propter vasa, exigere. Hoc in casu non infimum locum myrrha obtinet, quae cum cortice peruviano iungitur.<sup>33)</sup> Acrimonia puris succis plantarum inuolentibus, aptisque nutrimentis, ut succo cucumerum, lacte caprino, gelatina limacum terrestrium, vitello ouorum, decocto lichenis islandici, semine lini, aliisque multis corrigitur.<sup>34)</sup> Haemoptysis a catarrho orta, post tussis mitigationem, amara postulat, et lenia roborantia, quibus laxitas tollatur.

*Haemoptysis spastica* tum ortu, tum medela, a prioribus discedit. Spastica haec constrictio, ex corporis constitutione hysterica ac hypochondriaca, cute contracta, corporis, inprimis faciei, pallore, ex virina pallida, ac leuibus conuulsionebus, appareat, et antispasmodicis tollenda est. Ante omnia enim de strictura vasorum laxanda cogitandum, quod demulcentia, lubricantia, oleosa, opiate, vomitoria lenia, diaphoretica praestant. Extra paroxysmum vero curatio radicalis requiritur, quae in resolutione infarctuum abdominalium, largo hysteriae ac hypochondriasis fonte, posita est. Contra hanc haemoptoēn BVRSERIVS opium, pediluuia, antispasmodica commendat, quod vero de paroxysmo tantum dicta esse appetet. Olei lini recentis

32) Vid. DON. MONRO, de catarrho et phthisi pulmonali in suis paelectiōnibus medicis ex Cronii instituto, Lond. 1776. *Sammel. prakt. Abhandl.* Bd. V. p. 164.

33) Vid. GON. SAM. POLISH Myrrhologia in Eph. Nat. Curios. Dec. II. Ann. VI. App. Norimb. 1688. 4.

34) Vid. DON. MONRO, l.c.



centis efficaciam alii <sup>35)</sup> laudauerunt, alii eiusdem inertiam vituperarunt. <sup>36)</sup> In haemoptysi ab haemorrhoidibus suppressis, nosmetipsi vim eiusdem salutarem testimoniur. Opii vires cum in haemoptysi, <sup>37)</sup> tum in plthisica tussi rebeili, satis comprobatae sunt. Saccharum saturni quoque adhibere conatus est REYNOLDVS. <sup>38)</sup> Ceteris opiatis omnibus palmam eripit puluis Douerianus, vespertino tempore sumtus. Opii vero usum omnino alui laxitatem requirere, quae clysmatibus optime obtinetur, non est quod moneamus. Propter nimiam vero alui adstrictionem, quam opium excitat, atque eiusdem vim interdum minus efficacem, alia antispasmodica, ipecacuanham, <sup>39)</sup> hyoscyamum, <sup>40)</sup> phelandrium aquaticum, <sup>41)</sup> alii laudarunt. Quibus medicamentum, nondum satis probatum, herbam digitalis purpureae, quae a nonnullis in usum est vocata, adiiciamus. <sup>42)</sup> Cordis enim et vasorum debilitatem, post eiusdem usum, obseruatoris aperte videbunt, pulsus porro languidorem, ut imminuta circulatione, haemoptysis cessauerit. Forsitan hi effectus ex virtute plantae naufragia explican-

35) *Berliner Sammlungen*, Vol. VI. pg. 375. Ephem. Nat. Curios. Dec. I. Ann. VI. et VII. GARDANE Gazette de Santé, Parisis 1773. pg. 43. GOSSE, in Journal de Medicine, Chirurgie & Pharmacie, par VANDERMONDE etc. Parisis 1789 sq. Tom. XXX. pg. 83. *Neue medicin. und chirurg. Wahrnehmungen*, Altenb. 1778. 1. Bd. n. 2.

36) vid. BAYER, in Gazette de Santé, 1777. pg. 119.

37) vid. BLOCH, medic. Bemerkk. Berl. 1774. pg. 77. KREBS, medic. Beobachtungen, Quedlinb. DE MEZA, l. c. PERCIVAL, l. c.

38) Arzneykund-Abhandl. von dem Coll. der Aerzte zu London, Altenb. 1788. III. Bd. pg. 171.

39) vid. AASKOW, in Abhandl. der königl. medic. Gesellschaft in Kopenhagen. I. Bd. Offenbach 1787. HENNINGS Beobacht. üb. den Werrbu. die Wirksamkeit einiger Arzneymittel, Stendal 1789. LOEFLER, Beyträge zur Wundarzneykunst, I. Bd. Altona 1788.

40) vid. ANT. STOERK libellus, quo demonstratur stramonium, hyoscyamum, aconitum esse remedia, Viennae 1762.

41) vid. IO. HENR. LANGE, vom Wasserschel, Helmst. 1781.

42) WILL. JONAS, in medic. Komment. von einer Gesellsch. der Aerzte zu Edinburgh; Altenb. 1774 sq. Samml. auserl. Abhandl. für pr. Aerzte, Bd. XIII. pg. 33.

plicantur, cum constet, in aliis morbis hydropticis atque oedematosis, anorexiā ac vomituritionem inde oriri aegrotis. Denique de vesicatoriis, quibus virtus antispasmodica nullo modo deneganda est. Quantum haec valeant in rheumatismis et arthritide, quotidiano vsu coimpertum habemus. Possunt igitur permultum contra haemoptysin, a causa rheumatica, vel cum bile complicata, efficere.<sup>43)</sup> Hic non semper ad pulsum respiciendum est, cuius celeritas praeternaturalis omnino vesicatoriorum vsum interdicere posset, cum potius tuse cessante, consuetum teneat ordinem. Aptissimus vesicatoriorum locus inter scapulas est. Quod ad methodum diaphoreticam, contra haemoptysin proficuum pertinet, haec emolliendo, ac ad transudationem praeparando, vasis affert leuamen. Hoc enim modo circulatio aequalior, cum vniuersum systema vasis pulmonalibus succurrat, atque spasmus cutis in vniuersum sublato, spasmus vasorum pulmonalium cedat. Itaque et haec methodus locum iure tenebit.

<sup>43)</sup> vid. VON MERTENS Beobacht. der faulen Fieber, Pest, etc. Götting. 1779. PANVILLIER, in Journal de Medicine, Chirurgie & Pharmacie, par VANDERMONDE; Paris 1789. PERCIVAL, i. Samml. ausserles. Abhandl. für prakt. Aerzte, Bd. XIII. p. 653.

### THESES.

1. Nullus morbus deuteropathicus sine materia.
2. Vulnera pulmonibus inficta non semper absolute lethalia sunt.
3. Hygrologiam animalem chemia bene explicat.
4. Vomitus lenis, si morbum peiore reddidit, viscerum labem plerumque indicat.
5. Signa grauiditatis usque ad quartum mensēm, fallacia sunt.
6. In docimia pulmonum neonati non solum ad grauitatem, sed reliquas etiam qualitates, respiciendum est.

AMICO NOSTRO SVAVISSIMO,  
PIENITZIO

MED. CAND. DIGNISSIMO,

S. P. D.

IOANNES AVGVSTVS SVLZBERGER  
LUEBENA - LVSATVS, MED. STVD.

FRIDERICVS AVGVSTVS WAGNER  
KROPPSTADIO - SAXO, MED. CAND.

IOANNES SIGISMUNDVS WITTICH  
VENVSBERG. HERMVND. MED. CAND. ET PRACT.

*Quo iucundior amicitia, nos intercedens, arctissima, iure nobis esse  
debet; eo magis iam discessum Tuum, nobis tristissimum, luge-  
mus. Cui enim ad cineres usque iungi laetaremur, eundem, vix an-  
no hic peracto, ausugere quaerimur. — Maiora vero officia, quum  
Te ex hac musarum sede auocent, Te retinere precibus nostris non con-  
bimur. In patriam igitur felix redeas, fruaris sauitate semper ipse  
prosperrima, aliisque amissam reddas; succedant Tibi omnia ex vo-  
tis — nos vero fauore Tuo dignas habeas. Vale!*

D. FRIDERICVS LVDOVICVS  
K R E Y S I G

PATHOL. ET CHIR. PROF. PVBL. ORD. VIC.

FACVLTATIS MEDICAE VITEBERGENSIS

H. T.

D E C A N V S

DISSERTATIONEM IN AVGVRALEM

DIE X. FEBRVARII A. CICIDCCXCVIII.

H A B E N D A M

I N D I C I T.

---

*De sanguine vita destituto.*

PART. I.

ЗНОУССУЕ СТОИТЕЛИ С  
ЭІСУЕИХ

СІДІЛІСТІ ЗАДІЛІСТІ ПІДІЛІСТІ

ПЛ

ДІСІЛІСТІ

СІДІЛІСТІ ЗАДІЛІСТІ ПІДІЛІСТІ

СІДІЛІСТІ ЗАДІЛІСТІ ПІДІЛІСТІ

КЛІСІЛІСТІ

СІДІЛІСТІ

СІДІЛІСТІ ЗАДІЛІСТІ ПІДІЛІСТІ

— · · —

**C**um iam plures similibus occasionibus capita quaedam ex physiologia deprompta, quae doctrinam de vi vitali concernunt, simulque recentissimorum physiologorum, qui non sine insigni ingenii intentione hanc doctrinam vterius excolere voluerunt, placita Commilitonibus nostris exponenda non solum sed et rimanda mihi sumserim; non incongruum fore existimavi, si nunc etiam de fluidorum corporis humani et maxime sanguinis vita, de qua inter aei nostri physiologos diuersissimis omnino argumentis in vtrainque partem disputatum fuit, verba facerem et ad componendas sic lites hoc de arguento geslas symbolam conferre studerem. Haec autem de fluidorum corporis humani vita opinio singulari quadam ab HARVEYO facta obseruatione, nempe cuiusdam oscillationis sanguinis ut videbatur, in corde, cuius palpitationes iam in totum cessauerant, exorta primum, dein iterum neglecta et seposita, nostris temporibus denuo non solum in memoriam reuocata sed a diuersis insignis nominis scriptoribus nouis argumentis exculta et exornata est. Inter hos quidem viro de medicina in vniuersum et de physiologia in primis meritissimo, I. HVNTERO primae partes concedendae sunt, quippe qui ante plures iam annos, dum ad naturam sanguinis inuestigandam, omni, vt semper solebat, studio animique contentione, et phaenomena in sanguine, quamdiu in vasis circumagit, occurrentia accuratissime observabat et quamplurima etiam hoc fine eodem cum fluido experimenta institueret, in hanc sententiam, sanguinem viuere, incidit, quam in scholis suis physiologicis non solum sed in posthumo etiam libro, qui nuper nostro idiomate publici iuris factus est, argumentis pluribus



ribus ad quendam certitudinis gradum euhere annis est. (JOHN HVNTER, *Versuche über das Blut, die Entzündung und die Schußwunden, mit Anmerkk. von D. E. B. G. HEBENSTREIT*, Lpz. 1797. et antea in libro, qui inscriptus est, *medical and philosophical commentaries of a society of Edinbourg T. V.*) Ipsius vero sententiam plures deinde alii amplexi sunt, qui partim argumenta ab HVNTERO prolata sat gravia inueniebant, vt eiusdem sententiae subscriberent, partim vero eandem fouere videntur, vt alii antea iam ab iis assumtae et praedilectae, opinioni nouum fulcrum addant, partim denique, dum ad vitam eiusque causam inuestigandam nouam viam ingrediebantur, hac noua etiam via in sententiam, quae vitam fluidis concedit, adducebantur. Sic enim plures fluidis vitam tribuere videntur, vt alii sententiae, qua musculari fibrae propria nec a nervis pendens vita conceditur, pondus aliquod inde addetur; Cel. SOEMMERINGIVS, vt suam de organo animae, quod in fluido ventriculorum cerebri exhalato positum credit, hypothesis tueretur, eandem non argumentis sed aliorum scriptorum auctoritatibus potius munire annis est; *Ueber das Organ der Seele*, Königsb. 1796. §. 34.) Cel. REILIVS vero cum vim, qua corpora organica vitae phaenomena prodant, in mixtione eorum fundatam credat, non poterat non fluidis quoque et maxime coagulabili sanguinis parti vitam concedere. (*Archiv für Physiologie*, 1. Bd. 1. St. et 1. Bd. 3. St. p. 175.) Sic etiam Cel. DEHUMBOLDT, (*Aphorismen aus der chem. Physiologie der Pflanzen*, Lpz. 1794. §. 10.) Alii vero, qui vitam eiusque causam ex accurata phaenomenorum, in corporibus organicis observatione eorumque inter se comparatione (vnica sane via, qua in hac doctrina ulterius progreedi nos posse sperare licet) inuestigare voluerunt, hac ipsa etiam vt sanguinem vita praeditum esse contenderent, adducti sunt, ad quos ipsum quoque Cel. REILIVM, deinde Cel. HVFELANDVM, (*Pathogenie*, p. 78 sq.) Cel. BRANDIS, (*Ueber die Lebenskraft*, Hannov. 1795. p. 15. §. 7sq.) Cl. KOELLNERVM, (*Prüfung d. neuesten Bemühungen und Untersuchungen in der Bestimmung der organischen Kräfte, nach Grundsätzen der kritischen Philosophie in REILS Archiv für Physiologie*, 2. Bd. 2. St. p. 288.) aliosque refero. Neque vero defuerunt, qui huic doctrinae sese opponerent, inter quos primas partes tenet



tenet vir de physiologia meritissimus, Cel. BLVMENBACHIVS, qui quamuis antea in institutionibus suis physiologicis (1787. §. 20.) verisimillimum esse dixerat, sanguini et huic lymphae maxime, aliquid principii vitalis inesse, tamen re accuratius considerata, sententiam mutauit et duplici libello academico, qui *de vi vitali sanguini neganda*, inscriptus est, quorum prior anno 1788, alter vero anno 1795. prodidit, HVNTERI in primis argumenta refutare conatus est. Eundem vero deinde alii, ex quibus Cel. HEBENSTREITIVS, (in Annotatione ad librum HVNTERI supra laudatum, p. 199 sq.) Cel. ROOSE, (*Grundzüge der Lehre von der Lebenskraft*, Braunschw. 1797. p. 81 sq.) et qui antea nominandus fuisset, WEBER, *Hecologie*, (Berl. 1792.) laudandus est, secuti sunt.

Quae cum ita sint, nostri quidem labores omni utilitate destituti esse videri possent; interim vero quamuis in utramque partem hoc argumentum non sine insigni ingenii contentione iam disceptatum est, tamen cum lis nondum ad finem sit perducta, cramben minime bis coquere videbimur, si, causis nondum compositae inter physiologos hac in re pacis accuratius consideratis, iisque pro viribus remotis, argumentum hoc denuo rimandum nobis sumamus. Atqui omnis huius disputationis cardo in eo vertitur, vt, quid tandem istud, vivere, vita praeditum esse, sibi velit, recte accurateque definiatur. Quod cum suo quisque modo sibi cogitaret, factum est ut sanguinem vivuum appellare, ridiculum adeo multis visum sit. Fatendum autem est, non leue negotium esse quid sub vita intelligendum sit, accurati exponere. Iam quidem in uniuersum complexum phaenomenorum peculiaris indolis in corporibus organicis obuiorum vitae nomine insignire solemus. Quodsi vero haec phaenomena, in quibus vitam positam dicimus, ad sensationes et motus ex interno principio profectos restringimus, arctior omnino vitae haec videtur definitio. Quamvis enim certum est, ad perfectissimam vitam utrumque phaenomenorum genus requiri et motus istos maximam phaenomenorum vitae partem in se comprehendere, alia tamen in iisdem corporibus comprehendimus phaenomena, quae non minus peculiaris sunt indolis nec tamen ad motus commode referri possunt. Motus quippe isti, quos

cum



cum in organicis corporibus obueniant, organici appellari possent; hoc habent sibi proprium, quo ab aliorum corporum motibus distinguuntur, vt in substantiae organicae contractione seu elementorum, ex quibus haec conslata est, propiore ad se inuicem adductione, consistant; deinde vt ab interno quidem et materiae organicae proprio principio producantur, sed vero a rebus extra eam positis prouocentur et excitentur. Ad hos vero motus genus quoddam phaenomenorum in omnibus corporibus organicis obuiorum, nempe nutritio, dependentiarum partium regeneratio et generatio ipsa referri non poterit. Haec enim phaenomena in materiae fluidae, quae ope motuum organicorum ex peregrinis substantiis in corpus introductis elaborata et in substantiam similem isti solidarum partium conuersa est, coagulatione seu condensatione et formatione in partes diuerfas solidiores organicas cernuntur. Denique hoc etiam vt peculiare corp. organ. phaenomenon considerandum est, quod, quamuis mixtione sua ad corruptionem sint quammaxime prona, externa tamen corpora, quae semper fere in ea agunt, tunc tandem, vbi vita ex ipsis auolauit, secundum chemicarum legum rationem eadem afficeri atque destruere possint; quamdiu vero in corporibus organ. facultas supereft, cetera vitae phaenomena producendi, non solum non putrent, sed peculiari adeo ratione cum aliis corporibus misceantur. Neque etiam credendum est, hanc mixtionis integratatem, quam corpora organica quamdiu viuunt, tuerint, motum istorum effectum esse, cum in tali etiam eorum conditione, vbi nullum motuum vestigium animaduertimus, nempe in asphyxia, vel in ouo nondum incubato vel seminibus plantarum per multum tempus eorum substantiam omni labore immunem manere obseruemus.

Cum igitur vitae phaenomena ad aliquot genera sic reuocauerimus, vt iam ad propositam quaestione iterum redeamus, ea quidem hac ratione erit dirimenda, vt, num fluida c. organ. et maxime sanguis vera vitae phaenomena producat, nec ne, et an forte, si eiusmodi phaenomena in eo obseruantur, ea tamen non tam vi ipsi propria quam solidarum partium ministerio eueniant, accuratius inquiramus. Sed vero de his proxime plura. Haec enim praefari voluimus actui solenni, quo condecorandus est

VIR


  
 V I R  
 HUMANISSIMVS ET DOCTISSIMVS  
**CHRISTIANVS GOTTHELF PIENITZ**  
 R A D E B E R G A - M I S N I C V S  
 M E D I C I N A E C A N D I D A T V S V E R E D I G N V S

qui, cum nuper apud nos in examine pro Candidatura dicto responsionum suarum promptitudine aequa ac dexteritate plausum Ordinis Nostri bene promeritus fuit, nunc in eo est, ut ultimum doctrinae suae specimen publicum exhibeat et summis in medicina honoribus exornetur. Exposuit autem Candidatus nobis vitae suae ante actae curriculum, quem, more consueto, ut videant lectores benevoli, quam bene hucusque tempus suum in arte nostra rite addiscenda collocauerit, verbis suis hic tradimus:

**E**go, CHRISTIANVS GOTTHELF PIENITZ, natus sum Radebergae d. 5. mens. Mart. ao. 1774. Parentibus morte immatura mihi iamiam eretis, nimurum Patri JOANNI CHRISTIANO PIENITZ, Chirurgo Praefecturae Radebergensis, Matri autem JOANNAE CHRISTIANAE, e gente HEKELIA; lacrumas fundo maxime pias. Prima rudimenta cum religionis christianaे tum scientiarum, quas ad humanitatem spectare dicunt, tradidit mihi KLEMM, scholae Radebergensis Rektor, cui Viro Cl. de me meritissimo propter ea maximas ac perpetuas habebo gratias. Cum annum decimum quartum agerem, caram hand leuem mater posuit in eo, ut Chirurgiam discerem Dresdae apud Virum iu arte sua dexterrimum, b. HENZSCHEL nofocomii Dresdani Chirurgum. Post triennium in tirocinio consumtum lectiones a Collegio medico-chirurgico, quod Dresdae floret, habitas, omni reliquo artis exercitio interea intermissò, audiendi mihi data est occasio. Sequentibus autem interesse mihi contigit lectionibus; nimurum iis, quas de cognitione medicamentorum historica habet Exp. TITIVS; Pathologiam cum clinica coniunctim illustratam accepi ab Exp. DEMIANI; Physiologiam atque Anatomen ab Exp. HAENEL; Chirurgiam dentalem explicatam audiui ab Exp. ANDRE'; Chirurgiam omnem et theoreticam et practicam mihi tradidit



dedit Cl. WILD, Chirurgus exercituum Saxoniorum supremus; manus meas in corporibus mortuis apte dissecandis duxit HEDENVS, in Theatro anatomico Dresd. Prosector dexterinus, simulque artem formulas medicas conferibendi, eursusque operationum chirurgicarum mihi exposuit. Anno 1793. munus natus sum Chirurgi militaris in Legione Celsissimi Principis Saxonici Maximilian, et per omne tempus, quo eidem praefui, multa mihi et humanitatis suae et peritiae exhibuit documenta Cl. PVTTRICH, Legionis Proto-Chirurgus. Anno 1794. Legionem contra Franco-Gallos ad Rhenum pugnatum fecutus sum; in patriam redux, a.o. 1796. autem cum laude a Legione dimissus Dresden redii, atque Viatorum antea laudatorum praelectionibus interfui; Artem vero obstetriciam Cl. WEISSE, artis suae Magister Cel. mihi exposuit. Anno 1797. Vitebergam adii, studia medica altius colendi gratia, inque numerum ciuitum academicorum a Viro Iurium - Consultissimo WERNSDORF, Academiae tunc temporis Rectore receptus sum. Frequentavi deinde scholas clinicas Exp. BOEHMERI, Academiae Senioris Grauissimi; chemicas, botanicas, medico-legales, anatomicas, physiologicas Exp. TITII, h. t. Rectoris Academiac Magnifici; chirurgicas, pathologicas, clinico-practicas Exp. KREYSIG, h. t. Decani. Cuius anatomico uniuerso adhuc tradito a Cl. VOGT, Prosectorie in Theatro anatomico, quoque interfui. Quibus omnibus maximas ac decentissimas semper habebo gratias.

Vt vero nunc summos in medicina honores rite capesset, die X. Februarii Cathedram ascendet, defensurus contra dissentientes Dissertationem a se ipso conscriptam: *De Haemoptysi*, Praeside, Magnifico Academiae Rectore, Anat. et Botan. Prof. Publ. Ord. Collega Coniunctissimo, SALOMONE CONSTANTINO TITIO.

Hinc igitur, vt RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS, ILLVSTRISSIMI COMITES VTRIVSQVR REIPVBLICAE PROCERES GRAVISSIMI, COMMITTONES GENEROSISSIMI atque DOCTISSIMI, praefentia sua Actum hunc condecorare et sic Ordini nostro et Candidato acceptissimum benevolentiae documentum exhibere velint, omni, qua par est, obseruantia oro rogoque.

Vitebergae, die V. Februarii a. MDCCXCVIII.